



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 61. At ille dixit; dico tibi Petre non cantabit hodie gallus donec abneges
nosse me. v. 34.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

nastuas. Horum fortium ferax fuit omne sæculum tuæ Ecclesiæ, impietatis
piora quando calebat adhuc zelus & potentia Gentilium persequentium,
nec vlt que modo defecit. in hæreticis nostris, qui etiam Turcis & gentili-
bus duces sese præbent ad persequendos eos, qui à te Domine confirmati
sunt, sed tu Domine eos saluas, etiam coronas post certamina etiam si falsis
ritulis, pulueris, & suffossionis, & prodicionis, & perduellionis &c. ab ini-
micis crucis mandentur. Tibi igitur gloria in sæcula, & propter te & sanctas
operationes eius ipsi Sacramento tuo, cuius me quoque participem effe-
cisti.

§. 61. *At ille dixit, dico tibi Petre non cantabit hodie gallus donec abneget
mese me. v. 34.*

Apposite, nondum sciebat Petrus aliud esse si esset confirmatus in fi-
de, & aliud esse si esset confirmatus in gratia. Sed & nos id ignoraturi era-
mus, ecce bonus Doctor & saluator noster, medicinam adhibet capiti, ut
totum corpus sanetur. ostendit fragilitatē Petri in vno firmitatem in altero.
Inde sanamur. Labitur Petrus à confessione in fide tamē non infirmatur.
Hinc iam nemo sibi fidit, cogitat quisque se hominem esse Petro non fir-
miorem, æque & plus quam ille posse tibi dicitū, sibi videat, qui stat, nec ca-
dat.

DEus humilium celsitudo & fortitudo debilium, confirma quæsumus
quod in nobis es operatus, vt nos metipso & sæcularia desideria ab-
negantes, te in nullo negemus, sed fidem tuam quam lingua nostra loquitur
etiam moribus vita fateatur. Dolor mihi est interim, quod pium factum
tuum Domine, circa nos, quo in Petro capite nostro & pastore, adhibuisti
medicinam, quædam putrida membra in sensum reprobatum data insol-
tent pietati tuæ & Petro dilecto tuo, quod iactabundus fuerit, quod defe-
cerit, quod sit præclarum (scilicet) fundamentum, qui ita defecerit &c.
Domine, isti nec mysterium pietatis tuæ circa se agnoscunt, nec reuerentiā
debitam capiti suo.

§. 62. *Et dixit eis, quando misit vos sine sacco & pera, nunquid aliquid
defuit vobis? v. 35.*

Christus Dominum regnum Dei, quod intra nos est, aperiens, id est Ec-
clesiam suam Catholicam fundans in vltima cæna, vetus testamentum cum
honore concluserat & seposuerat, uti §. 19. ostendi) & apud noviter col-
lectum populum nempe Apostolos xii. Novum testamentum se ordiri di-
serte professus erat in institutione eucharistica. §. 3. & §. 3. Etiam Sacrificium